



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 29. Aspari & Ardaburi exitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

Sæculum V. est ad S. Laurentium sub fornice prope
 A. C. 468. S. Sixtum. Cum Sedes dies decem va-
 casset, electus est Simplicius, Tiburiensis,
 Castini filius, qui annos quindecim Pon-
 tificatum gessit.

§. XXIX.

Aspari, & Ardaburi Exitus.

Niceph. XV. hist. c. 27.
Procop. 1.
Vand. c. 6.
 Leo Imperator Gensericum, Imperii ur-
 bibus ferociter insultantem, ultra non
 ferendum ratus, validam Classem in eum
 adornavit, cui Basiliscum, uxoris suæ Ve-
 rinæ Imperatricis fratrem præfecit. Ve-
 rum Basiliscus cum Patricio Asparo, &
 filio ejus Ardaburo, in quibus tunc ma-
 xima erat Auctoritas, clandestina com-
 municabat consilia. Pater, & filius aper-
 te Arianam Hæresin profitebantur, hinc
 iisdem præclusus ad Imperium aditus;
 nam invisa erat hæc Secta populo Con-
 stantinopolitano, memori mente retinen-
 ti, quam horridas Persecutiones Ecclesia
 sub Constantio, & Valente passa esset. Id
 ipsum quoque causa fuerat, quod Aspar
 non sibi sed Leoni viam ad Solium stra-
 vissset. At jam similtates ambobus in-
 tercesserant, nec obscure jactabat Aspar,
 mirari neminem debere, si semper vince-
 ret Gensericus, qui meliorem sequere-
 tur Religionem. Ergo inter ipsum, &
 filium convenerat, Basiliscum Imperato-
 rem proclamare, Religioni Catholicæ ad-
 dictum,

dictum, sub cuius umbra ipsi regnarent, Sæculum V.
& Arianam Doctrinam stabilirent. Ba- A.C. 468.
 filiscus, ubi Africæ littora attigit, cum
 Genserico colludens, nihil non egit, quo
 Classarios perderet; ipsum fuga puden-
 da abstulit. Constantinopolim reversus,
 in Ecclesia Asylum quæsit, unde ope Im-
 peratricis Sororis suæ Perinthum se rece-
 pit, ab universo populo diris omnibus
 devotus.

Leo Imperator anno sequenti, Zeno- *Vit. Tun,*
 ne, & Marciano Consulibus, conjunctio- *Chr.*
 nis jam non nescius, sed viribus suis dif-
 fidens, quas potentia Aspari, & filiorum
 ipsius impares sciebat, omnia dissimula-
 vit, & Filia suæ, nomine Arianæ, Nuptias
 alteri Aspari filio, cui Nomen Patricius,
 seu Patriciolus, simulque Cæsaris Digni-
 tatem, certissimum secuturi Imperii pig-
 nus, promisit. Conditio addita fuerat,
 ut Patricius Arianorum Sectæ renuncia-
 ret. At vero populus Constantinopoli-
 tanus, & omnes Boni, veræ Religioni ti-
 mentes, Duce S. Marcello, Abbate Ace-
 metensium, & alio, cui Nomen Geladius,
 in Hippodromo supplices Imperatori oc-
 currerunt, ut eum a proposito remove-
 rent, bene gnari, invitum, & ambiguo
 rerum statu perterritum, ad hæc pacta *vit. S. Marc.*
 & animum adjecisse. Marcellus locum, ubi *ap. Sur. 29.*
 Imperator assederat, ingressus, liberrime *Dec. c. 34.*
 verba fecit; hortabatur, ut inimicis Ec-

Fff 5. clesia

Sæculum V. clesia resisteret, & tandem coegit spon-
A. C. 469. dere, Aspari filium non futurum Cæsa-
 rem, nisi prius Religionem Catholicam
 plene edoctum.

Niceph. XV. Necdum populus Constantinopolita-
c. 27. nus acquievit, sed metuens, ne post obi-
 tum Leonis Arianorum Dominatum subi-
 re cogeretur, tumultuoso concursu in
 Hippodromum irruens, Asparo & filiis
 ejus dira in faciem ingessit. Illi perter-
 riti, Calcedonem transmiserunt, & ad Ec-
 clesiam Sanctæ Euphemie confugerunt.
 Misit ad eos Imperator Patriarcham, fa-
 cta excusans, & affirmans, se, quæ ipsis
 promississet, servaturum, si Ecclesia exi-
 rent. Responderunt, se non exituros,
 nisi ipse Imperator veniret. Ivit Impe-
 rator, evocatos convivio adhibuit, &
 signa omnia dedit, præterita oblivioni

Marc. Chr. æternæ esse tradita. Nihilominus Zeno-
an. 471. ni, arcanorum conscio, mandavit, ut per
 Thermas Regiam ingressuros capite trun-
 caret. Hic Aspari, & Ardaburi exitus
 fuit. Patricius alter filius in exilium
Candid. ap. pulsus. Filiam suam Arianam, ipsi ere-
Ph. Cod. 79. ptam, Leo secundis Nuptiis Zenoni Con-
p. 174. jugem dedit. Is ex Isauria ortus, antea
 Aricmesus, seu Tarasicodisus dicebatur;
 sed Leo, cum eum in Generum elegisset,
 nomen mutavit. Hæc sub quarto Leo-
 nis Consulatu cum Collega suo Probia-
 no, id est, anno 471. contigerunt.

§. XXX.